CAROLO BORBONIO
MARIÆ AMALIÆ
WALBURGÆ SAXONI,

EORUMQUE NUMINIBUS
MAJESTATIBUSQUE

H O C

OBSEQUIOSI ANIMI MONUMENTUM
PRO ILLORUM AUSPICATISSIMIS NUPTIIS
BARTHOLOMÆUS DONATUS
V E R E B U N D U S
P O S U I T;
I L L U D Q U E

F E D E R I C O
C H R I S T I A N O

P O L O N O P R I N C I P I,
E L E C T O R A L I S A X O N I
VEREBUNDIOR INSCRIPSIT.

Excudebat Neapoli Stephanus Abbas,
Æræ Vulgaris Anno MDCCXXXVIII.

Auctoritate Publica.

FREDERICO
CHRISTIANO
POLONO PRINCIPI,
ELECTORALIQUE SAXONI
EJUSQUE REGALI CELSITUDINI,
INCOLUMITATEM:

Bartholomæus Donatus Verecundus
pudibundo precatur animo.



Princeps, & non æquende Heroibus Heros
Omnibus es præſtans, unus in Orbe præis.
Quis te digna canet? dabit aut quis carmina plectro
Digna tuis geſtis, nomine digna tuo?

a 2 *Non*

Non ego, non alius, non ſi cantaret Apollo,
Moribus apta tuis, laudibus apta darent.

Geſta ſuperba tuæ vel certant dicere Gentis,
Inclyta Majorum, nec decora alta canent.

Quid ſi virtutes, aliarum & maxima rerum
Omina, quæ renitent ſat Tibi *in ore tuo.*

Tu *virtutis honos toto dominaberis Orbe,*
Heroumque decus, charior Orbis Amor.

Ipſa Tibi *fortuna vices ſubmittit, & ipſa*
Ante tuos ſortes ſiſtit amica pedes.

Hinc cum virtutes, alia atque inſignia Muſæ
Scribere non liceat, nec canere ipſe queam.

Hæc Tibi *devoti ponantur ſymbola cordis,*
Hæc Tibi *ſint animi, vel monumenta mei.*

Et Tibi *debentur, luſit quæ concita Muſa,*
Hic tua nupta Viro venit ut alma Soror.

Tu *thalamum irradias magis, & magis undiq; ful-*
Per Te *clara nimis, caſtaq; vincla thori.* *(gent*

Nam comitata a Te, *Sirenis* Amalia *ad Urbem*
Appulit, & nobis fulſit amica dies.

Pho-

Phoſpherus ut Tu, *totâ tunc a gente vocaris,*
Inclyta ſic Eos, Illa vocata fuit.

Ducta a Te *poſtquam fuit hæc Titania nobis,*
Clarior Ipse *diem, purpureumque refers.*

Illa etenim gignens Borbono *e ſanguine Soles,*
Imperium Carolo, *perpetuumque dabit.*

Fauſtus Hymen ſis ergo thoro, Venus almaq; Sponſis;
Phoſphorus es populis; mox quoque Phœbus eris.

Illa

De ejuſdem Principis Effigiei defectu.

ILla exempla Tui, negat hic quæ pagina, nobis
Non deſunt, vultu ſed renuente tuo.
Mens mihi ſæpe fuit, vultus depingere, & ora;
Ora ſed, & vultus diriguere manum.
Splendor namque tuo, qui ſummus manat ab ore,
Viſere Te, vultus & negat ipſe tuos.
Regia majeſtas auguſtâ in fronte reſidens,
Territat, & vires diſſipat illa meas.
Deficit exemplum, quo Te deſumere poſſem;
Non mihi, non aliis pingere poſſe datum eſt.
Tu Tibi defectus; Tibi par quæ fiet Imago?
Quæ tamen hìc deeſt in pectore ſculpſit Amor.

In ejuſdem Principis encomium.

QUÆ ſeptem gelidis ſubjecta Trionibus oris
Eſt regio, crebrâ contumulata nive;
Æſtas quò ſit, vel brumalia tempora, ſemper
Perpetuòque, atro frigore friget hyems;
Mutat amica vices, Regali hoc Principe nato,
In ver perpetuum vertit odora nives.
Flore nitent, redolentque agri, riſere per urbes
Dum populi, & lætos implicuere choros.

Si

Si Cœlum potis eſt Princeps invertere vultu;
Illi quantus erit, cordi animoque nitor!

Aliud.

O'Saxo; & Deſdræ o tu feliciſſima tellus,
O fortunati, quos colit ora viri.
Sit licet infœcundus ager, torpeſcat arena,
Septaque continuis cautibus obſit humus.
Principe FREDRICO, quo longe veſtra coruſcant,
Quo veſter numquam ſplendor obeſſe poteſt;
Aurea Saturni fluxere ut tempora quondam,
Aurea ſic vobis, fauſtaque ſecla fluant.

Eidem
De ejus Stemmate, & BORBONIO.

ALba tuis Aquilis juguntur Lilia, ut illæ
Fulmine pro diro Lilia caſta ferant.
Lilia ſic Aquilas, Aquilæ ſic Lilia ſervant;
Mutua ſic virtus munus utrumque regit.
Sic Aquilæ candore fremant, nigredine ſicque
Lilia conſurgant, fulmina dira gerant:
Amborum at dum ſplendet honos, Tu diſce Tuorū
Et pace, & bello congeminare decus.
Æmula ſic virtus Atavos ſupereminet omnes;
Imperio, & palmis ſic Jove major eris.

Tri-

[library stamp]

Inerime aquarum balneis ab incomodo pedum relevatur.

TRiſtes qui vultu potis eſt expellere morbos,
Mergitur his undis, atque lavatur aquis.
Attractos valeat nervos curare, pedeſque,
Et motus pedibus reddat ut unda ſuis.
Fallitur: en capiunt è Principis ore decoro
Virtutem limphæ, robur & unda capit.
Quin Cœlum motus, Sol lumen ſumit amicum,
Lunaque ſplendorem, ſidera fauſta vices.
Hinc & ab ore tuo ſat facta ſuperbior unda
Te relevat, ſegnes firmat & illa pedes.
Ergo ſalus TIBI TU, decus es qui fontibus unus;
Unda viget pedibus ſi decorata tuis.

Aliud.

SI faciem ſpectes, intrat Narciſus in undas,
Attamen unda ſuos eſt venerata pedes.
Fons Illum raperet, ni cordis ab igne venuſto,
Exſiccari undas crederet ille ſuas.

Aliud.

UNdarum Angelicos motus curaſſe dolores
Credimus, & motus obtinuiſſe pedes.
Quid mirum, Inerime Princeps relevetur in undis?
Intrat dum noſtras Angelus alter aquas.

IN

IN AUSPICATISSIMAS REGUM NUPTIAS.

Deſdræ dum nuptiæ conſtituuntur, Ingens Cœli Plaga Boream verſus inardeſcit.

HÆc quæ conſurgunt noctu miracula Cœlo,
  Amaliam nobis, conjugiumque notant.
Jungitur hæc Carolo, rediens qui victor ab hoſte,
  Clariùs illuxit ſydus ab axe novum:
Hoc iterum nobis, nimiumque nitere decebat;
  Victor dum Carolus victus ab Amalia eſt.

Quod in fine anni 1737. apparuerit.

EXoritur magnum ſydus, novus ardet & ignis
  Clarior, inque diem tempora noctis habes.

Portendunt portenta prius , majora per Orbem
　Dum ſurgunt , imis proſperiora plagis .

Nil mirum , labente anno naſcatur ut aſtrum ,
　Proſpera conjugio ſecla futura docet .

Conſtitutæ nuptiæ vulgantur Neapolim die prima Januarii 1738.

PRoſpera ſecla docet, quæ proſpera & iſſe viden-
　Protinus ac annus fulſit ab axe novus. (tur,

Conjugii nam fauſtus adeſt tunc nuncius ; atque
　Urbem implet plauſu , lætitiâque domos .

Vertitur in ſolem nox , mœnia & undique lucent,
　Turres , atque arces , igne ſonoque ſtrepunt .

Quiſq;Patrem Sponſum,Sponſam Matremq;preca-
　Et lætos ducant , perpetuoſque dies . (tur ,

Sic pacem ſervant nobis Natique , Nepotes ;
　Secula ſic nobis proſperiora nitent .

Hic

Sponſa Cajetam venit, ibique Sponſo copulatur.

HIC ubi non dudũ totùs conſurgere in hoſtem
  CAROLUS eſt viſus, bella ciere ferox.
En modò factus amans, totùs comburitur igne
  Saxonis AMALIÆ, totus amore flagrat.
Uritur; impatienſque moræ fera tempora dicit;
  Prælia bellator quæque ferebat, habet.
Sponſa venit tandem, tantum ſolatur Amantem,
  Quæque Amor accendit prælia, delet Hymen.
Convenerat, quò ſe Martem Rex præbuit; illum
  Jungeret ipſa ſibi corde pudica Venus.

Neapolim ingreditur.

EXpectata diu, Sirenis mœnia felix
  Ingredere, & felix civica corda bea.
Quem nobis peperit fortem FARNESIA Regem,
  Illum da fato proſperiore Patrem.

Neapolis Plauſus.

QUid novus hic plauſus?nova quid modò gau- (dia,Cives,
Tanta jubent?rerũ quid novus ordo monet?
Undique proſiliunt, glomerantur & undiq; gentes,
Nec tua tot, Siren, plus capit aula Duces.

Carolus eſt ſponſus, ſeptemque Trionibus Uxor
Alma venit, populos pulchrior ore beat.

Quæ, mirum! gelidis advecta Trionibus oris,
Has valet eoas irradiere plagas.

Quin Aurora nova irradiata coloribus almis,
Ore tibi, Siren, emicat ipſa ſuo.

Surge ergo invidioſa;tibi hæc dum Aurora relucet,
Numine pande novum lucidiore diem.

Aliud.

QUæ nuper gelidum linquens Aurora Trionem
Viſa eſt has noſtras dulcis adire plagas.

Si pacem e nivibus ducens, hic ſemina belli
Diluit, ut nobis rideat alma quies.

Hæc

Hæc eadem potis eſt Borbono è ſanguine Soles
Addere, felices & duplicare dies.

Aliud.

QUæ felix Aurora tibi Walburgia, Siren,
Splendet, mox claris ſolibus aucta nitet:
Hæc ornata ſuis Borbono e ſanguine Natis;
Regna tua æternum Solibus aucta dabit.

Aliud.

SUme novos plauſus, nova, Siren, gaudia ſume,
Victus amore flagrat, qui modò victor erat.
Vincere quem fatum, quem non valuere phalanges,
Vincitur, & nutu femina ſola poteſt.
Quid mirũ? a quo ingens victa eſt Germania nuper,
En modò vincitur Saxone ab Amalia.

Ma-

De Machina extra Portam Divæ Mariæ Conſtantinopolitanæ erecta.

MAchina collucet flammis quæ maxima Cœlo,
Siſtitur ac extra mœnia Parthenopes.
Siſtitur extra Urbem;Urbs hìc nam veniente ſuper-
AMALIA, & plauſus non capit ipſa ſuos. (bit

De Fonte extra Januam Regalem proſiliente.

EN Sebethus adeſt,hic lento & flumine aquarũ,
Dulciùs AMALIÆ ut plauderet, ipſe venit.
Lætior ut plaudat ſe in fontem vertit amicum,
Proſiliens & aquas miſcet in aſtra ſuas.

De Icone Regis deſuper adſtanti.

FOns ſubtus manat, micat alte CAROLI Imago,
Urbis quò plauſus noſcere & ipſe valet.

Ob-

Obſequii hìc partes implet modò flumen ; at ipſe
Hic modò quas implet CAROLUS ? imperii.

De Amphiteatro in Area Regiæ Domus erecto.

SCena triumphali ſat jam decorata coronâ ;
Quæ CAROLO invictas cinxit amica comas ;
Undique nunc flammis en facta ſuperb ior ardet,
Nox & in ardentem vertitur atra diem.
Quò plauſus ? nova quò ſurgunt inſignia rerum ?
CAROLUS eſt ſponſus qui modò miles erat.

De Equitum novem Curribus.

SEu Pacem Currus monſtrant, caſtamq; Dianam,
Phœbum ſeu ſignent, Oceanique Patrem :
Seu Divos fingant alios, VALBURGIA nobis
Una Dea eſt, CAROLUS Divus & unus erit.

De Nundinis.

HIc ubi miramur totas; quaſcumque coactas
  Urbis opes, uno diſpoſitaſque loco.

Ut mercis loco in uno, hic tota coacta videtur;
  Regum & in uno ſic corda coacta flagrant,

De Machina in Olimpica via vulgò Chiaja *medio mari erecta.*

AMplius haud Graj jactent ſua Olimpia, ludos
  Ultra nec jactet Roma ſuperba ſuos.

Altiùs aſſurgunt Syrenis Olympicâ in orâ,
  Dum Caroli ludos hìc maris unda canit.

Ignibus ex ipſis, undarum è fluctibus ipſis
  Agglomerant plauſus ignis, & unda novos.

En nemus hìc ſurgit, nova ſunt miracula in undis;
  Creſcit in immenſum deſuper aucta Ceres.

Gens, populique ruunt, in aquis ſatiantur opimis,
  Ad prædam hìc rapidas præſtat habere manus.

Alma

Alma Ceres fruges, feſtivos vertit in ignes;
Lucet & in flammis machina tota ſuis.

Splendidiora die, CAROLO mandante, renident
Sydera, dum Cererem, dum nemus æquor habet.

Vertitur ad CAROLI arbitrium, nullâ arte magiſtrâ,
Aſtrorum, & pelagi curſus, & ordo vetus.

Juncta Venus Marti eſt: copulantur in æquore, & ar-
Mulciber, & Tethys conſociantque faces. (dent;

Sic Venerem CAROLUS, ſic gignat AMALIA Martem;
Unda ſicut flammas, & dedit ignis aquas.

Operis Abſolutio.

HIS nos dum fruimur, Sponſis, Proliq; futuræ,
Civibus, & populis aurea ſecla fluant.

F I N I S.

DONATORUM FRATRUM,
EJUSDEMQUE AUTHORIS
ALIUD
IN CAROLUM BORBONIUM
ARGUMENTUM
FIDEI.

U. J. D. SACERDOTIS MATTHIÆ DONATI

EPIGRAMMA.

IPſa Tibi cum prima vigerent ora juventâ
  Ingenium Pallas, conſiliumque dedit.

Juppiter imperitans ſceptrum, gladiumq; Gradivus,
  Cum gladio lances præbuit alma Themis.

Rex, juſtus, fortis, prudens nunc jure vocaris;
  Sive regas populos, bellave ſive geras.

Numina nec mirum ſi connumeraberis inter;
  Provenit ex aliquo numine quicquid habes.

DELLO STESSO

SONETTO.

VInceſti o Sire; in martiale agone
Trovò il German valor mortale inciampo;
Molti anciſe il tuo ferro; anzi il ſuo lampo
Più d'un coſtrinſe a giù cader buccone.

In virtù del tuo braccio ogni campione,
Nel fugir ſol trovò riparo, e ſcampo;
O pur ſpargendo d'atro ſangue il campo,
Inaffiò i lauri al vincitor BORBONE.

Scudi infranti, archi rotti, aſte ſpezzate,
Spade, bronzi, loriche, elmi, e bandiere,
Dal tuo intrepido piè furon calcate.

Dunque eſſe t'ergan tra le morte ſchiere,
Mole, in cui queſte ſian note pregiate:
CARLO quì ſuperò l'Auſtrie guerriere.

Poic-

DEL DOTT. BARTOLOMEO DI DONATO
AUTORE DELLE PRECEDENTI OPERE

SONETTO.

POicche le ſtelle a noſtro prò piegate,
Di Saturno l'età portano a noi;
Onde Napoli mia, con bocche aurate,
Dall'Occaſo riſuona a liti Eoi:

Taccia la fama dell'antica etate
I più famoſi, e rinomati Eroi,
E ſol faſtoſa le virtù pregiate
Del gran Borbone additi, e i geſti ſuoi.

Dall'aureo Gange all'aggiacciato Reno
Voli poi lieta, e porti il ſuo gran nome,
E quindi il pie riposi al Tebro in ſeno:

Quivi poi vegga, come queſti or cede
Le palme al mio Sebeto; or che ſue chiome
Di piu Scipj in un Carlo ornate ei vede.

DELLO STESSO

IL SEBETO AL TEBRO.

CEdimi o Tebro, e me conoſcer vogli,
 Tuo vincitor, or che la palma è mia;
 E ſe la fama per li eterei fogli
 Epigrammi arguti al tuo nome ordia;

Non più ne canti; e per me ſolo ſia
 Che le dorate bocche all'aura ſciogli;
 Or mia la lode, ed il trionfo ſia,
 Ne più la gente tua ſu l'ali accogli.

Cento guerrieri in più perſone aveſti,
 Cento campioni in più perſone ornaſti,
 Cento trionfi in più perſone ergeſti:

Ma io, ch'or merto di te più preggi, e faſti,
 Quanti in ſen più volte Eroi accoglieſti,
 Tant'accoglio in un Carlo; e ciò ti baſti.

U. J. D. DOMINICI DONATI

ELEGIA.

SIC eſt: frontem humili ſemper vallata corymbo,
Tractabis tenuem Calliopea lyram.
Ipſe tuus ducam Vates inglorius annos,
Nec melior tenebris me trahat aura meis.
Scilicet: indecori condent nos fata ſepulcrò,
Noſtro nec cineri fama ſuperſtes erit?
Quod ſi majoris non te tenet ardor honoris;
Et juvat in vili delituiſſe lare.
Te tamen e tenebris CAROLI trahat ardor inertem;
Tollere quò nequeunt carmina, tollat amor.
Tollat amor, ſed gratus amor; nam ſcribere Regis
Nunc opus eſt laudes, geſta referre tui,
Hoc duce Pieridum tractus, hoc auſpicè Pindum,
Caſtalios fontes hoc ſubiiſſe datum eſt.
Si ſemper molli florent tibi germine laurus,
Nunc mage BORBONIA tu ſatiaris aquâ.
Jam calor Aonidum mentem occupat, & furor urget,
Serpit & æthereus noſtra per oſſa vigor.

 Cla-

Clara dies: fauſtos repetunt mea ſecula verſus,
Reſpondent votis ſidera ; clara dies.

Fallimur: an vanæ deludor imagine pompæ,
Et deſideriis mens favet ægra meis,

Non humili, ut quondam, mea muſa ſolebat avenâ,
Sed frontem lauri munere cincta venit.

Lenta humeris illi pendent nec plectra, ſed arte
Deſuetas animat nobiliore lyras.

Ergo opus aggrediar: memorem certo ordine laudes,
Partaque non uno ex hoſte trophæa canam.

Dicam ergo Rex Gallorum quæ geſta, Tuorum
Inclyta Majorum dum ſinis acta canam.

Francigenis primus Francon Rex gentis origo
Et decus, & nomen, clarus in orbe dedit.

Illius poſtquam Ranas liquère cohortes,
Aurea de cœlo Lilia in arma trahunt.

Quanta eſt cœleſtis Clodovei gloria Regis,
Chriſtiadum Gallis detulit iſte fidem.

Unguntur Reges oleis divinitùs alto
Demiſſis, ut ſint numina chara Deo.

Magnus, & hinc Carolus Borboni ſanguinis au-
Cujus & imperiis plauſit uterque polus. (thor,

Ita-

Italiæ peſtes Arabos , Populoſque rebelles
Compulit ad pavidam morte inhiante fugam.

Nomine quo fauſto , & virtute decorus avitâ ,
Tu pace , & bello , CAROLE , clarus abis .

Quin Langobardos Pipinus disjecit hoſtes
A Petro , a Româ , a finibus Italiæ .

Nec ſileat , jubeas ſi Rex , mea muſa vetuſtum
Udinum Carolum , progeniemque tuam .

Nunc ubi magna Domus Valois ; Carolingia ubi &
Tantorum Regum digna propago Ducũ. (nunc,

Quos inter Lodoice tibi dum altaria fumant ,
Concelebrant laudes cœlitùs aſtra tuas .

Ut Sion Thurcis adimas tu cærula ſulcas ,
Illis proque Fide bella cruenta paras .

At quis Franciſci poterit perſtringere primi
Palmas , atque illum concelebrare modis .

Auderem palmas Enrici ſcribere Quarti ,
Gallia magnanimos non capit una ſuos .

Cui palmis Navarra prius ſua tempora cingit,
Gentis & unde tuæ , BORBONIDUMQUE decus ,

Quive aliis virtute præeſt , Rex maximus ille eſt,
Cui decimum & quartum detulit ordo locum,

Tu

Tu Lodoicus eris, famâ ſuper æthera notus;
Non capit hic noſter, nec tua geſta polus.

Mens mea non audet magnos numerare trium-
Ne culpâ ingenii debilitetur honos. (phos;

At quid de Magno dices nunc Muſa PHILIPPO,
Qualis, & o quanta hæc gloria Patris erit.

Plaude age; Tu Libycis felix, victorque trophæis
Nunc laudes, tanto e nomine, & omen habes.

Maurica fatalem luſit ter Cinthia noctem,
Nec patitur radios jam fugitiva tuos.

Prælia quis numerat; ſcit lauros Hiſpala tellus;
Nec poterat palmâ nobiliore frui.

Heu quoties, quoties victi cecidere Sicambri,
Nec victos tanto a Rege fuiſſe pudet.

De Te dum retulit melior ſed ELISA triumphum,
Conjugis acta tuæ ſplendidiora micant.

Hinc conjuguntur FARNESIA lilia Gallis,
Una fides Regum, fit domus una Ducum.

Deficit Oceanum laudum numerare Tuorum,
Et trepidat pavidâ mente Camœna mea.

Si mihi ſint linguæ centum, ſi plectra Maronis,
Sive Venuſinam fas tetigiſſe lyram;

Nec

Nec ſi Meonidæ calamus , nec Muſa Catulli
Præcinerem palmas , geſtaque fauſta virûm.

Niteris incaſſum ſtellas comprendere cœli ;
Oceani fluctus , nec numerantur aquæ.

Siſte modo graciles citharas indocta Cicada ;
Alter erit nomen , qui ſuper aſtra ferat.

Majores lauri , majoraque plectra requirunt ;
Singula quod vivat ſecula nomen erit.

Elisabet genitrix , Magnus genitorque Philippus
Eſt Carolo ; genio numina grata meo.

En Carole illuſtres , qui Te genuere parentes ;
Splendor Borbonius , Farnesiumque decus.

Nec Te firma ſatis , ſtabiliſque adoleverat ætas,
Cum puer ad fines mitteris Italiæ.

Non Te deliciæ , luxus , nec comoda , & aurum,
Nec patrii alliciunt otia blanda ſoli.

Appulis hinc Palmam, populos, & regna gubernas,
Atque tuus vultus lacte madebat adhuc.

E teneris annis hauris præcepta regendi ,
Et vultu populos , imperioque beas.

Poſtea Te Genitor Sirenis miſit ad urbem;
Conpreſſere animos otia nulla tuos.

Ar-

Arma Tibi hìc tractanda manent, repetenda Tūorū
Imperia, & ferro regna ſuperba manent.

Mitteris auſpiciis felix, felicibus auſis;
Namque hyeme in mediâ tempora veris erant.

Frigore brumali radiat, non fulminat axis,
Clarior eſt nox, nec grandine tecta ſonant.

Vidimus hinc fortes pavido terrore Sicambros
Signis, & lituis vertere terga tuis.

Mœnia panduntur Tibi Rex, panduntur & urbes,
Procidit elatum Parthenopeſque caput.

Terra tremit tormentorum ſtrepitu, undiq; & arces
Deduntur CAROLO, caſtra ſuperba cadunt.

Quis neget afflatu Superum cladémq; fugamque,
Et Bituntino prælia geſta ſolo.

Tu quoque belligeris turmis Cajeta dediſti
Æternum nomen, milite victa ſuo.

Oppoſitis caſtris longâ obſidione ſubacta
Sunt Capuæ tandem mœnia clara nimis.

Interea Sicana ruunt & pergama, & arces;
Illius & Regni dedita tota plaga eſt.

Si duo debellas Rex Infans tempore regna
Tam breve; quid palmæ factus adultus erit.

Cæ-

Cæſaris Auguſti laudes vaga fama tacebit;
Æacidæ cedent geſta ſuperba Tibi.

Roma ſuos Fabios, laudat nec Græcia Pyrrhos,
Et ſileat claros bellica Troja viros.

Si tua jam virtus ab Eoo litore nota
Eſt Indis, muſæ non eget ore loqui.

Hinc atque hinc gemini ſurgant in limine lauri,
Quò Tibi ſtent victæ Siciliæque duæ.

Tu lauros memora, quorum pars inclyta ſurgis
Italia, atque vales dulcia jura pati.

Felix Parthenope nimium tanto auſpice vinci,
Invictâ a dextrâ cui cecidiſſe datum eſt.

Non tuus, at Caroli decor eſt ſi maxima ſurgis,
Sique tuâ populos ſub ditione tenes.

Africa Scipiadis, Tibi Rex dat nomina Siren,
Sanguine Iber, palmis Pathenopeus eris.

Qual

DEL DOTTOR FRANCESCO DI DONATO
PADRE DELLI AUTORI

SONETTO.

QUal vi traſſe furor , figli miei cari ,
A cantar del gran Carlo i fatti egregj ;
Voi nudi eſſendo di condegni fregi
Per ornar faſti ſi famoſi , e rari .

Tacete omai ; e con ſplendor più chiari
Venghi la gloria ad eternare i Regi ;
E ſol da lei l' illuſtri aviti pregi ,
Chiaſchun di Carlo , e le virtudi appari .

Ed intanto voi , riſpettoſi e muti ,
Appendendo le cetre al faggio ameno ,
Laſciate l' opra a carmi altrui più arguti ;

Che ſe adempìto non avete appieno
Alla grand' opra ; Carlo il tutto imputi
Alla Fe voſtra , e la gradiſca almeno .

F I N I S